

Sirac. XXX, 3. qui filium suum docet, rem molestam facit inimicis, &c.

כִּי *quando*:) Junius, *Sed*, ac si poneretur pro *veruntamen*: absque tamen necessitate sensui interim decedit parum.

יִרְכְּבוּ *loquentur cum inimicis*:) h. e. quando litigium ipsis forense intenditur. Lutherus olim: *reden / postea, handeln*. Junius: *periment inimicos*, habitò respectu ad significatum verbi יִרְכְּבוּ, quod quandoque exponitur per *Perdere*, ut Psalm. II, 12. Non displicet hoc Glassio l. 3. tr. 3. can. 30. Verum haut opus est, ad inusitatum dubiumque istud refugere interpretamentum, quin vocula נִכְבָּה *valet Cum*, ceu similis verbi hujus constructio a Piscalatore etiam adducitur ex Genes. XXIX, 9. XLV, 15, Exod. XX, 22. XXV, 22.

אֹיְבֵי *hostibus*:) puta impiis, iniquis, fraudulentis, qui nisi tales essent, non inimici forent *Dilectorum Dei, vers. 2.*

בְּשַׁעַר *in portâ*:) i. e. locò judicii, ubi magna confluere solet populi frequentia, ubi Senatores civitatis confident, causas audiunt, sententias ferunt, &c. vide Prov. XXI, 23. ubi strenua uxoris maritus *in portis notus* esse dicitur, æquè ac hic liberi benè educati *in portis* honorem gloriamque reportare scribuntur. vide etiam Prov. XXIV, 7. & XXII, 22. Aben Esra: *palam*, rejicit hoc *Muis*. (Quomodo Elector Saxonie Frid. II. Portam Naumburgensem sibi elegerit ad bellum cum fratre sopiendum, allusione ad hoc dictum facta, refert Moller. *annal. Freib. p. 97.*)

#### USUS PRACTICUS E VERSU I.

(1) *Deus solus est omnium ubique honorum autor unicuique beneficentissimus*. Conf. Exod. I, 21. Prov. XIV, 1. Num. VI, 22. Psalm. CXXI, 4. *Huc facit, quod D. Staupicus vel idè commendaverit Lutherum, quod gloriam & omnia soli attribuerit Deo, hominibus nihil. Deo autem, quod luce clarius est, nimium gloriæ & bonitatis tribui nequit: Adami vitæ theol. p. 19.*

(2) *Ædificatio domorum in se non displicet Deo, etiamsi ratione temporis, loci personarumque non semper conducatur, domos extruere*: Jer. XXXV, 7.

(3) *Labor omni homini inunctus divinitus*: 2. Theff. III, 10. Gen. III, 19. v. præc. VII.

(4) *Absque Dei benedictione, irrita defatigatio occupatissima*: Prov. X, 20. XII, 22. Cohel. IX, 11. Sirac. XVIII, 7. Pf. XXXIX, 8. Prov. III, 2.

(5) *Varia, quæ urbem pessundare possunt, sunt adversa, v. g. incendia, inundationes, hostium invasiones, infectiones, &c.*

### PSALMI CXXVIII. DISPOSITIO.

#### Conjugium benedictum.

**A**t tendendus hic I. homo pius, tum *Deum timens*. tum *in viis ejusdem incedens*: v. 1. 4.

II. Ejusdem felicitas (1) in genere: *ò beatum illum*: v. 1. (2) in specie: (a) *labore manuum suarum vescetur*: (b) *beatitudo bo-*

*numque erit penes eum* v. 2. (c) *uxor ejus similis viti frugiferae*: (d) *filii quasi plantule olivarum*: v. 3. (e) *erit benedictus*: v. 4. 5. (f) *fruetur prosperitate Hierosol. per totam vitam suam*: (g) *intuebitur nepotes, imò* (h) *pacem Israelis*: v. 6.

PSAL-

(6) *Vigiliis, tum magistratus, tum militum, tum ministrorum aliorum, opus quam maximè.*

(7) *Frustrà tamen impenduntur omnia Deo subtrahente successum* 2. Cor. III, 5. Joh. xv, 5. Sirac. xxxiv, 20. Pf. xxxiii, 16. XLIV, 7. CXXVIII, 4. CXXXII, 15. Prov. III, 33. 1. Cor. III, 5. seqq.

#### USUS E VERSU II.

[1] *Somnus homini omninò necessarius, atque à Creatore, æquè ut alimenta atque motus, ad conservationem vitæ ordinatus.*

(2) *Vide, ne somnum, vel manè, vel vesperi, præ avaritiâ dutescendive studio impediatur, aut teipsum defraudes. Hujusmodi homines semper movent, sed non promovent.* Conf. Pf. xxxvii, 16. Sirac. XI, 18.

(3) *Alimentorum caute habeatur ratio, ne vel nimia copia vel parcitate, ne delitiis nimio opere conquisitis, nec sorditie doloribusve, obsis valetudini*: Sir. xxxvii, 30. seqq. xxxviii. 1. seqq.

[4] *Nil dulcius tranquillo somno divinitus concessio.*

(5) *Quisque studeat reperiri in numero Dilectorum Dei, qui eundem colunt filialiter*: Joh. XV, 14. 1. Joh. III, 23.

#### USUS E VERSU III.

(1) *Fecunditas matrimonii donum divinum*. Gen. xxx, 1. 2. Pfal. CXLIII, 9.

[2] *Numerosa soboles soli committatur Deo: qui dedit esse, dabit & benè esse*: Pf. LV, 23.

[3] *Quæ Dei mirabilia circa hominis propagationem, inque utero gestationem occurrant, docebit* Pf. CXXXIX, 14. seqq. Job. X, 8. seqq.

#### USUS E VERSU IV.

[1] *Commendantur hic filii Juventutis; propterea tamen non excludendi filii in senio geniti, sicut Benjamin, &c.*

(2) *Filiorum est, instar telorum defendere parentes in causis licitis, adversariis veritatis aut reip. decenter se opponere, &c.* v. præc. IV.

#### USUS E VERSU V.

(1) *Beatitudo spectat vel præsens, vel futurum seculum, vel corporis, vel anima bona, &c.*

(2) *πολυτεχνία bonum non contemnendum.*

(3) *Bonæ educationi circumspectissima impendi debet cura*: Prov. xxix, 15. Sir. xxx, 2. Ephes. VI, 4. Col. III, 21. *quæ tamen & ipsa sine precibus assiduis sperare hant potest felix.*

[4] *Lingua commoda, imò & damna, sunt ferè innumerabilia* Jac. III, 1. seqq.

(5) *Litigia forensia non semper declinari possunt penitus: vide tamen, quæ habet Paulus 1. Corinth. VI, 1. seqq.*